



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXVI. Aduentus S. Henrici Cluniacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Aduentus S. Henrici Cluniacum.

VT autem ad superiora redeamus, vnde paulisper digressi sumus, postquam vir sanctus Romæ positus, omnia, quæ petebat, à Domino Papa impetrauit, confirmatus Apostolica benedictione, Alpes Appenninas transcendit, & dimisso exercitu in terram suam, Cluniacum, eò quòd multa de religione & statu loci illius audiret, orationis causa cū paucis familiaribus perrexit. Vbi cum plurima signa religionis & sanctitatis vidisset, sancti spiritus igne succensus, coronam auream preciosissimis gemmis adornatam, ad missam, quæ de cathedra sancti Petri celebrabatur, obtulit, & fraternitatem monachorum suscipiens cum maxima humilitate & contritione cordis orationibus eorum se commendauit, & in supplementum necessariorum rerum in Alsatia optima prædia eidem congregationi, contradidit. Inde iter faciens per Leodium & Treuirim transitum fecit, & congregationes inibi DEO famulantes plurimis largitionibus & prædiis ditauit.

Aduentus Henrici Imp. Cluniacum positus à Bar. 1014.

Imp. offert Cluniacensibus coronam auream.

Liberalitas Imp. in monasteria.

CAPVT XXVII.

Studium S. Henrici tam in propria & aliena salute curanda, quàm in Imperij terminis amplificandis.

EM mirum quòd homo DEI, qui circa Ecclesiasticas vtilitates tanto studio, ob salutem animæ suæ flagrabat; in nullo profectum regni negligebat: quin imò sine effusione sanguinis, pietate, & sapientia terminos regni sui dilatauit, & Imperialem dignitatem gloria, & honore amplificauit & ornauit. Boëmiam vicit & subiugauit: Burgundiã in deditiõnem recepit: Pannoniam quoq; Catholicæ fidei, & Romano Imperio coadunauit: Victor autem aliarum nationum, Apostolus fit Vngarorum.

Quas regiones subiugauerit.

F Cùm